

— L. Pulli Chresimi — M. Sentili Iasi — Ti. Iuli Felicis — C. Iuli Silvani — P. Ocili Prisci.

*Diptychon aeneum, in vico Hungariae Aszár (prope Kis-Bér, inter Raab et Stuhlweissenburg) rep. a. 1884 (Mowat revue arch. ser. III t. 17, 1891 p. 216 tab. IV. V). — 1) A. 148. — 2) Cum habeamus constitutiones huius generis pertinentes ad exercitum Pannoniae superioris praeter hanc quattuor, datas a. 153 (archaeologiai értesítő új. fol. 6, 1886 p. 207), a. 158 (C. III p. 879), a. 149 (communicavit Bormann), a. 154 (C. III p. 881), certe anno 154 eadem alae quinque enumerantur, item ut videtur enumeratae fuerunt a. 153, quattuor ex eis, scilicet omnes praeter primam Ulpiam contariorum milliariam, enumerantur a. 149; at in constitutione a. 158 adest una tantum ex eis, prima Thracum victrix. — 3) Septem hae cohortes, enumerantur etiam in constitutione anni 149, sed alio ordine, scilicet secundum numeros (ut incipiant primae, sequantur secundae, et sic deinceps), duae ex eis, prima Ulpia Pannoniorum et prima Thracum civium Romanorum, memorantur praeterea in constitutionibus a. 153. 158. 154, duae, secunda Alpinorum et quinta Callaeorum Lucensium, in constitutionibus a. 153 et a. 154, una, octavadesima voluntariorum, in constitutionibus a. 158 et a. 154, una, cohors prima Aelia sagittariorum, in constitutione a. 153; cohors quarta voluntariorum civium Romanorum neque in constitutionibus a. 153. 158. 154 memoratur neque alibi usquam. — 4) Cf. supra N. 1094 not. 1. — 5) 9 Oct. (a. 148 cf. not. 1; par consulum praeterea ignotum; Fabius tamen Agrippinum legatum Thraciae sub Antonino Pio fuisse declarat nummi civitatum Thracicarum, ap. Mionnet suppl. II p. 404, 1203 et p. 500, 1751, item catal. mus. Britann. p. 150, 25 et p. 175, 1—5).*

**2006** imp. Caes. divi Hadriani f., divi Traiani Parthic. nep., divi Nervae pron. T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pont. max., tr. pot. XXI<sup>1</sup>, imp. II, cos. IV, p. p., equit. et pedit., qui milit. in alis III, quae appell. (1) I Batav. ∞ et (2) I Hisp. Campag. et (3) I Gall. et Bospor.<sup>2</sup>, et coh.<sup>3</sup> (1) I Thrac. sag. (2) et IV Hisp. et (3) I Aug. Itur.<sup>4</sup>, et vexil. Afri[c.]<sup>5</sup> et Mauret. Caes. qui sunt cum Mauris gentilib.<sup>6</sup> in Dacia super. et sunt sub Statio Prisco leg.<sup>7</sup>, quinq. et vigint. stip. emer. dimiss. hon[e]sta mission., quor. nomin. subscripta sunt, civitat. Roman., qui eorum non [h]aber[ent], dedit et conub. cum uxoribus, [qua]s tunc habuis. cum est civitas is [data, a]ut cum is quas postea duxiss. [dum]taxat singulis. A. d. VIII id. Iul. [M.] Servilio Fabiano, Q. Allio Basso cos.<sup>8</sup>

alae I Gallor. et Bospor.<sup>9</sup>, cui praest Licinius Nigrinus, ex gregale: Heptapori Isi f. Besso.

Descript. et recognit. ex tabul. aerea, quae fixa est Romae in muro post templ. divi A[u]g. ad Minervam. M. Servili Getae — L. Pulli Chresim[en]s — M. Sentili Iasi — Ti. Iuli Fel[icis] — C. Belli Urb[ani] — C. Pomponi Stat[ian]i — P. Ocili Pris[ci].

*Diploma aeneum, rep. in Transsylvania prope vicum Maros-Keresztúr, non longe ab Apulo (Karlsburg) Daciae (archaeologiai értesítő új. fol. 6, 1886 p. 507). — 1) A. 158. — 2) Tres has alas in Dacia tetendisse etiam aliunde constat. Alae primae Bataavorum eques sepultus est Apuli (III S. 7800); ala prima Hispanorum Campagonum recensetur inter alas tres in constitutione mutila eiusdem fere temporis ad eundem exercitum pertinente (III p. 887); de ala prima Gallorum et*